



Magnum Bullarium Romanum, Seu Ejusdem Continuatio

Quæ Supplementi loco sit, tum huicce, tum aliis quæ præcesserunt
Editionibus, Romanæ, & Lugdunensi ...

Ab Alexandro VII. Ad Clementem X.

Luxemburgi, MDCCXLII.

LXIX. Pro erectione Provinciæ B. Petri de Alcantara Fratrum
Discalceatorum S. Francisci, & communicatione eorum, quæ Provinciæ S.
Joannis Baptistæ, & omnibus aliis Provinciis eorundem Fratrum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74833](#)

§. 3. Non obstantibus praedicto decreto, ac quibusvis alius Constitutionibus, & Ordinatibus Apostolicis, super numero Religiosorum in quolibet Monasterio, aut Conventu constitudo, ac quatenus opus sit dictæ Congregationis, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel alia quavis firmitate roboratis statutis, & confundendibus, ceterisque contrariai quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris, die 9. Julii 1659. Pontificatus Nostri Anno decimoquinto.

LXIX.

Pro erectione Provinciæ B. Petri de Alcantara Fratrum Discalceatorum S. Francisci, & communicatione eorum, quæ Provinciæ S. Joannis Baptiste, & omnibus aliis Provinciis eorumdem Fratrum Discalceatorum pro bono ipsarum regimine sunt concessa.

Beatificationem B. Petri de Alcantara Discalceatorum fundatoris habes ad Confit. Gregor. XV. In sede Confimilem creationem Provinciæ, vide ad Conf. 317. Urb. VIII. Alias nos, & Conf. 318. Cum sicut.

Edita An. D.
1659.

ALEXANDER PAPA VII.

Ad futuram rei memoriam.

Exordium.

SAcrosancti Apostolatus officium humilitati nostræ per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam impositum postulat, ut paternam Christi fidelium, qui è fluctibus saeculi in portum regularis vita configurerunt, curam gerentes, nunc existentes in Provincia Valentia, & si quos eorum statui, & felici directioni opportuni rationibus consulere studeamus, prout pia Orthodoxorum Regum vota exposcent, & nos matura consideratione prævia conspicimus in Domino salubriter expedire.

Motiva.

§. 1. Nuper siquidem pro parte dilectorum filiorum Fratrum Discalceatorum Provinciæ Sancti Joannis Baptiste Ordinis Fratrum Minorum S. Francisci de Observantia nuncupatorum Nobis expositum fuit, quod eadem Provincia vigore facultatis ædificandi, seu instituendi Conventus, seu Domos regulares in quibusvis Hispaniæ locis ei per quædam fœl. rec. Clementis Papæ VIII. prædecessoris nostri in simili forma Brevis litteras concessas, ita benedicente Domino) dilata nunc reperitur, ut in Valentia, ac Murcia, & Granata Regnis, in quibus consistit, triginta sex illius Conventus numerentur, in quibus singulis Fratres notabiliter numero habitant. Qui Conventus cum per spatiū trecentorum milliarium in longitudinem, & centum quinquaginta in latitudinem dispersi existant, Ministris Provincialibus Provincia hujusmodi pro tempore existentibus, si non impossibile, saltē difficulter redditur ipsam Provinciam pedibus totam quotannis peragrare, & visitare, sicut per statuta D. Ordinis prescribitur, nec ipsi attenta itineris longitudine, eam in singulis Conventus præfatis moram trahere valeant, quam spiritualis Religiosorum consolatio exigit.

§. 2. Cum autem sicut eadem expositione subungebat, præmissis in Capitulo Provinciali d. Provinciae provide perspensis, Fratres qui eidem Capitulo interfuerunt, omnes unanimiter decreverint, Nobis esse supplicandum, ut licentiam dividendi Provinciam prædictam concederemus, hocque decretum non solum à tunc existente Ordinis prædicti Ministro Generali, qui Capitulo Provinciali hujusmodi præfudit, approbatum, sed etiam à Capitulo generali ejusdem Ordinis in Civitate Toletana novissime celebrato confirmatum fuerit: Nobis propterea, tam Charissimi in Christo filii nostri Philippi Hispaniarum Regis Catholici nomine, quam pro parte dictorum ex-

ponentium humiliter supplicatum fuit, ut in præmissis opportune providere de benignitate Apostolica dignarentur.

§. 3. Nos igitur ejusdem Philippi Regis desiderio quantum cum Domino possumus favorabili annuere cupientes, præfatoque exponentes specialibus favoribus & gratis prosequi volentes, & ipsorum exponentium singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causa latet, si quibus quomodolibet innodata existunt ad effectum præsentium dumtaxat consequen. harum serie absolventes, & absolutas fore censemtes: hujusmodi piis, & rationabilibus supplicationibus inclinati, attentis expofitis, necnon etiam auditio dilecto filio Ministro Generali Ordinis hujusmodi, memoratam Provinciam Sancti Joannis Baptiste Fratrum Discalceatorum nuncupatorum prædicti Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia in Regnis Valentia, Murcia, & Granata consistentem olim Apostolicae auctoritate erectam, & institutam, quæ in tantum postmodum (Deo favente) se dilatarat, & excrevit, ut triginta sex jam Conventus, seu Domos Regulares cum competenti numero Fratrum comprehendat, ac proinde impossibile sit, per unum tantummodo Ministrum Provinciale propter longam distantiam eam quotannis ad prescriptum Constitutionum, & Statutorum Ordinis prædicti visitari.

§. 4. Auctoritate Apostolica tenore præsentium dismembramus, & ex unica in duas dividimus, ita scilicet ut viginti septem Conventus regulariæ vita configurerent, curam gerentes, nunc existentes in Provincia Valentia, & si quos exinde in eadem erigi contingat, usque ad Civitatem Murcia exclusive, retento nomine Provinciæ S. Joannis Baptiste, sub ea remanere, catetri vero à eadem Civitate Murcia per præfata Regna Murcia, & Granata diffusi, & in posterum pariter fundandi, ad Provinciam de novo erectam, & B. Petri de Alcantara nuncupandam pertinere intelligantur.

§. 5. Quam Provinciam B. Petri de Alcantara de novo, sicut præfertur erectam, & institutam volumus inter Provincias prædicti Ordinis Minorum Regularis Observantiae auctoritate Apostolica eretas, & approbatas aggregari, & annumerari, ac aggregatas, & annumeratas esse statuimus, & decernimus, omnibusque concessionibus, gratiis, indultis, & litteris Apostolicis eidem Sancti Joannis Baptiste, & aliis dicti Ordinis Provinciæ Discalceatis concessis, & pro tempore concedendis frui, & gaudere, ac si eidem de novo specialiter concessa essent, & eisdem Constitutionibus, legibus, statutis, & ordinationibus, quibus dicta Provincia Sancti Joannis Baptiste utitur, & gubernatur, similiter perpetuo uti, & gubernari debere.

§. 6. In Capitulo autem Provinciali, in quo Praeses ipsiusmet Capituli ad novam electionem prædeat, vel etiam in Congregatione more Capituli Provincialis ad hunc effectum haben. & celebrent tempore, & loco ab ipso Ministro Provinciali Provinciae Sancti Joannis Baptiste præscriptis, convocatisque per ipsum Diffinitoribus, Fratribus, cumq[ue] omnium locorum, seu Conventus ipsius Provinciae Guardianis, ex omnibus ejus Fratribus, hoc est de toto corpore Provinciae, unus illorum in Ministrum Provinciale pro Provincia de novo ereta per eodem Ministrum Provinciale, Diffinidores, & Guardianos per vota Secreta ad prescriptum Sacri Concilii Tridentini, & deinde ex corpore Congregationis solummodo quatuor Diffinidores, & Custos servatis servandis, & prout in hujusmodi Capitulis Provincialibus moris est, elegantur, quos omnes scilicet Ministrum Provinciale, Diffinidores, & Custodem postquam electi fuerint, idem Minister Provincialis Sancti Joannis

Dividit Pro-
vinciam, in
duas.Gaudet pri-
vilegiis alia-
rum Provin-
ciarum.Dat modum
eligendi Mi-
nistrum, &
Diffinidores.Supplicatio
pro divisione
Provincie.

ANNO
1659.

98

ALEXANDER SEPTIMUS.

Baptistæ, seu Præses Capituli Apostolica auctoritate confirmat.

Quod maneat sub obediencia Ministri Generalis.

Præfigit tempus Fratribus eligendis sibi Provinciam.

Præfigit limites novæ Provinciæ.

Decretum irritans.

Contrariis derogat.

Dat. P. A. S.
die 4. Aug.

§. 7. Decernentes Provinciam de novo, ut dicatur, erętam tanquam veram, & legitimam ipsius Ordinis filiam sub obediencia, visitatione, & correctione Ministri Generalis illius pro tempore existentis perpetuo remanere, & in Capitulis generalibus, sicut cetera ejusdem Ordinis Provinciae locum habere, tractari, amplecti, & debitis favoribus prosequi debere, illamque in celebrandis Capitulis Provincialibus, Congregationibus, electionibus, & aliis pariformiter, ac Provincia Sancti Joannis Baptistæ procedere, & ipsas ambas Provincias suis propriis tantummodo, non autem aitens Constitutionibus, & Ordinationibus regi, & gubernari perpetuo teneri.

§. 8. Atque electionibus Ministri Provincialis Diffinitorum, & Custodis supradicti, ut præmittitur celebratis, & confirmatis dictus Minister Provincialis S. Joannis Baptistæ terminum sex mensium cunctis ipsius Provinciæ Fratribus præfigat, intra quem ipsi alterum ex ambabus Provinciis quam maluerint ad incolendum, & habitare, eligere possint, quo elapo nulli eorum locum, aut Provinciam amplius mutare sine utrisque Provincialis consensu in scriptis obtento, illo modo liceat.

§. 9. Ejusdem autem novæ Provinciæ B. Petri de Alcantara limites, & confines esse debere volumen Episcopatum Carthaginensem, Comitatum in Regno Muriciæ, Episcopatum Guadicen. & Baza, Episcopatum Almeriensem, Archiepiscopatum Granaten. Adelantatum de Cazorla, Abbatiani de Alcala, & Pliego, necnon partem Episcopatus Ghiennensis, scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi versus Biacensem, & Ubetensem, relinquendo aliam partem scilicet ab ipsa Civitate Ghiennensi usque ad Episcopatum Cordubensem, ita tamen ut nec Provincia noviter ereta, nec Provincia Sancti Didaci possit fundare Conventum in Civitate Ghiennensi, neque in ejus districtu, sed ipsa Civitas communis sit utrique Provincia pro quæstuatione, prout inter partes ita conventum, & pactum exitit.

§. 10. Decernentes pariter easdem præsentes litteras semper firmas, validas, & efficaces extere, & fore, ac illis ad quos spectat, & pro tempore spectabit plenissime suffragari, & ab illis respectivè inviolabiliter observari. Sicque in præmissis, per quoscumque Judices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palati Apostolici Auditores judicari, & definiri debere, ac irritum, & inane si fecus super his à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari.

§. 11. Non obstantibus præmissis, ac Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, nec non quatenus opus sit Ordinis, ac Provincia S. Joannis Baptiste, ejusque Conventuum hujusmodi, & aliis quibusvis etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia corroborata statutis, & consuetudinibus, privilegiis quoque, indultis, & litteris Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis. Quibus omnibus, & singulis illorum tenores præsentibus pro plene, & sufficienter expressis, & ad verbum insertis habentes, illis alias in suo robre permanuris ad præmissorum effectum hac vice dumtaxat specialisti, & expresse derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

Datum Romæ apud S. Mariam Majorem sub Annulo Piscatoris die 4. Aug. 1659. Pontificatus Nostri Anno quinto.

ANNO
1662.

LXX.

Reintegratio, seu nova eręcio Conventus S. Laurentii in Terra Bonitii, vulgariter Poggibonzi, ad favorem Congregationis Illicetanae Ordinis Erem. S. Augustini.

Conventus horum Fratrum non possunt occupari ab aliis Fratribus Discalceatis ejusdem Ordinis, nisi de consensu Prioris Generalis. Vide ad Constit. 21. Innoc. X. In his.

Venerabili fratri Episcopo Collen,

ALEXANDER PAPA VII.

Venerabilis frater salutem, & Apostolicam benedictionem.

Edita A. D.
1662.

Exordium.

Ecclesia Catholica regimini, nullo licet mitteriorum nostrorum suffragio, per ineffabilem divinae bonitatis abundantiam præpositi ab ea, quæ in Religionis, divinitus cultus incrementum spirituale populorum consolationem, & animarum salutem cœsura esse nofcuntur, peccatales vigilantes nostræ curas libenter converturnis, officiique nostri pastoralis partes propensa charitate desuper interponimus, prout pia Religioforum Antiditum vota postulant, & Nos prudenti consultatione adhibita, cognoscimus in Domino salubriter expedire.

§. 1. Exponi siquidem Nobis nuper fecit Venerabilis Frater Ambrosius Landuccius Episcopus Porphyrii, Sacrarii nostri Apostolici Praefectus, qui in minoribus constitutus habitum per Fratres Ordinis Eremitarum S. Augusti gestari solitus suscepit, & professionem per eosdem emitti consuetam expresse emisit regularem, quod cum Conventus S. Laurentii Fratrum Provinciæ Pisanae D. Ordinis in Terra Bonitii Poggibonzi vulgariter nuncupata Collen. Dicēsis existens, cuius redditus certi, & incerti insimul ad summam trecentorum sexaginta seutorum monetæ, vel circiter ascendebant, ante aliquot annos per finitram Superiorum illius temporis relationem vigore Constitutionis fel. rec. Innocentio Papæ X. Prædecessoris nostri, quæ incipit instauranda &c. suppressus fuisset, ordinatum fuit, attento quod dicta Terra Missarum, & Confessariorum penuria laborat, ut Ecclesia ejusdem Conventus sic suppressi, in parochiale cum assignatione partis curæ animarum parochiali Ecclesiæ Praepositura nuncupata ejusdem Terræ, cui copiosa parochianorum multitudo subterat, incumbentis, & in ipsa nova parochiali Ecclesiæ una Capellania, quam obtinens pro tempore Cappellanus Missam in eadem Ecclesia quotidie celebrare, illiusque Parochum in cura animarum exercenda coadiuvare obligatus esset, respedivè erigerentur; & Parochio quidem centum, Capellano vero sexaginta scuta ad rationem septem librarum monete illarum partium pro quilibet scuto respectivè annuatim ex redditibus dicti Conventus suppressi assignarentur, residuum vero reddituum hujusmodi Seminario Ecclesiastico Collensi applicaretur. Quæ quantum quidem ad erectionem novæ parochialis Ecclesiæ, & Capellaniæ hujusmodi actinet, executioni demandata fuerunt, eidem Parochiali Ecclesiæ Francisco Mutili, & Capellaniæ à primæ erectione vacantiibus Joanni Dominico Scachi Presbyteris illarum partium dilectis filiis cum assignatione jam dicta respectivè collatis: applicatio vero residui dictorum reddituum prædicto Seminario facienda hanc tenus mansit in suspense;

§. 2. Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, quidam Conventus subtilculo, seu invocatione Sancti Antonii Fratrum Congregationis Illicetanae d. Ordinis, cuius fructus redditus, & prouentus certi, & incerti insimul computatis ad quadrungenta, vel circiter scuta paria annuatim ascen-